

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 4033

**Auteur(s) :** Philippe II Auguste, France (roi)

**Bénéficiaire(s) :** Pierre de Thillay [particulier]

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1206, 2 avril-1206, 31 octobre]

**Lieu d'émission :** Bonneville-sur-Touques

**Action juridique :** autre

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Philippe [II], roi de France, donne à hommage lige à Pierre de Thillay 70 livres de revenu et lui assigne les terres de Robert de Fribois, Geoffroi de Menil-Mauger, Robert des Vaux et Henri Heuse.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. La Roque de La Lontière Gilles-André de, *Histoire généalogique de la maison d'Harcourt*, Paris, Cramoisy, 1662, 4 vol., t. 4, p. 2175.
- b. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 138, p. 24 et p. 290-291.
- c. Brunel Clovis, Delaborde Henri-François, Monicat Jacques, Petit-Dutaillis Charles, *Recueil des actes de Philippe Auguste, roi de France*, t. 2, années du règne XVI à XXVII (1er novembre 1194-31 octobre 1206), Paris, Imprimerie nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France ; 6), 1943, n° 927, p. 518.

## Dissertation critique

Datation proposée par DELABORDE/BRUNEL et al., Recueil des actes de Philippe Auguste, t. 2, n° 927, p. 518.  
Lieu d'émission : Bonneville-sur-Touques ou Paris. Voir *ibid.*, n. 1 : Paris, dans les registres de Philippe Auguste ; Bonneville-sur-Touques, dans le registre de Pierre du Thillay.

Texte établi d'après b

In nomine sancte et individue Trinitatis. Philippus, Dei gratia, Francorum rex. Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod, propter fidele servitium quod Petrus de Tilleio longo tempore nobis exhibuit, damus eidem Petro et heredibus suis de uxore sua desponsata in perpetuum in feodum ligium septuaginta libratas reddituum in terra, et propter hoc assignavimus ei terram et manerium quod fuit Roberti de Friebois cum omnibus pertinentiis, et totam terram quam Gaufridus de Mesnilio Maugeri tenuit de feodo de Monteforti cum pertinentiis, et totam terram quam idem Gaufridus de Mesnilio Maugeri tenuit de cambellano Tanquarville, a domo de Mesnillio Maugier versus montem Vinee, et quicquid continetur de feodo illo ex parte illa, et terram que fuit Roberti de Vallibus de feodo Gaufridi de Mesnillio Maugier, et terram que fuit Henrici Heuse apud Barnevillam. Concedimus etiam eidem Petro et heredibus suis ut quecumque poterunt in predictis terris et feodis acquirere, sive per escaetam, sive quocumque alio modo, salvo jure nostro et alieno, ea teneantur ligie de nobis et heredibus nostris in augmentum hujus feodi ad usus et consuetudines Normannie. Quod ut perpetuam obtineat stabilitatem, sigilli auctoritate et regii nominis

karactere inferius annotato presentem paginam confirmamus. Actum apud Bonamvillam super Touquam anno Incarnati Verbi millesimo CC° sexto, regni vero nostri anno vicesimo septimo.